UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]ct[i]o. I

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

Apoſtolicus vero audita illo-
rum fide atq doctrina dedit
eis poteſtatem predicãdi. or-
dinans kyllenam epũm vocaſ̃
qz Kylianum. *Lectio tertia.*
Qui cũ dimiſiſſet eos ad ori-
entales venerunt francie par-
tes. applicanteſqz ad zvirtze-
burg caſtellũ: conſtanter cepe
rũt p̃dicare verbum dei. Deo
aũt inſtigante non poſt mul-
tum tp̃is dux goſbertus q̃ eã
tunc regebat prouinciam: ſa-
cris illius acquieſcens moni-
tis credens baptizatus ẽ. om
niſqz populus qui ſub ei⁹ fue
rat poteſtate. Tu autẽ. *L. iiij*
Cumqz beatus kylianus du
ci goſberto ſuadere cepiſſz vt
tanq̃ verus catholicus iã fidẽ
firmatus vxorẽ fratris quam
ſibi cõiunxerat dimitteret: cõ-
iunx his auditis inuidie ac-
cenſa fomite die noctuqz quõ
potuiſſz eos p̃dere cogitabat.
Tu autem domine. *Lectõ. v.*
Quadã vero die cũ d̃s om-
nipotẽs milites ſuos tempo-
rale vellet finire certamẽ illis
in dei laudib⁹ vnanimiter cõ
ſiſtẽtib⁹ accedit lictor iuſſu gei
lane vxoris goſberti ducꝫ om
nes pariter in dei confeſſione
permanentes decollauit. Eo-
demqz i loco furtim ſepeliuit.
Illorum vero capſe *Lctõ vi.*
z crux z euangelium z pontifi
calia veſtimenta ſimul cuz ill̃
in ſepulchro poſita ſũt. Veni-
ente aũt duce goſberto cepit
miſer ille qui necauerat ſctõs
currens et inſaniens clamare.
kyllena ſancte dei incẽdis me
mox cepit ſemetip̃m dentib⁹
laniare ſuis quouſqz vitã fi-
niret. *Octaua viſitatõis no-*
na iulij Oia ſicut in die p̃ter
p̃s. in p̃mis v̾s. loco q̃rũ legũ-
tur pſalmi de dña Dixit *z ce-*
teri. z R. in p̃mis v̾s. nõ dicit
Sed in eccleſia Maguntiñ.
cantatur R. Rex inſpirator.
vt ſupra in die. Poſt primum
bñ. in p̃mis veſ. de ſcõ Kylia
no. Lectiones ex bulla boni-
facij. Lctõ. I
Bif vrba-
nus ipſe deliberatõe ſup
hoc matura p̄habita de fratru
ſuorũ ſancte romane eccleſie
cardinalium: de quor nume-
ro tunc eramus conſilio. Ad
exaltationem fidei catholice
digne et rationabiliter videli
cet ſexto Idus aprilis ponti-
ficatus ſui ãno vndecimo ſta-
tuit vt feſtum prefatum vicꝫ
feſtum viſitationis beate ma-
rie virginis quando vt prefer
tur viſitauit elizabeth ſexto no
nas iulij annis ſingulis in dei
eccleſia cum laudum cantico
leticie iubilo cordiſqz tripu-
dio ſub duplici officio p̱ orbẽ
vniuerſum ſolenniter celebra-
retur. Tu autem dñe. *Lcõ. ij.*
Suaſit etiam et cõſuluit idẽ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN